

Non expecto tandem dum defluat annus, et ille crapulam suam  
 dormierit, vel indomtum fortasse Falconum despumaverit  
 quisquis est hominum perfidissimus, qui primas meas tradere  
 tibi neglexit. Nimirum si aliquando ad se redierit, jam  
 duplicis molestias periculum adis. At verò nimium benignus  
 de humanitate tua et sentire hactenus, et sperare justus sumus  
 quam ut his impotenti esse vereamus, apud quem toties  
 impure tulimus. Ad rem quod attinet, et omittam illius  
 argumentum, si forte (quod iuguror) nunquam illa te  
 visura sit. Satyræ desipulam. Rem ridiculam inquit  
 a tali calamo. At Satyræ tamen: et quidem ut partim  
 a convivio nuptiali, partim a lectore Juvenalis, Horatii  
 et similium recenter incalueram, argumento non adeò  
 a veritate remoto, quam fortasse apud saeculum in vivo.  
 Tanti non est ut verborum phaleris adornem, breviter  
 scito Thesin fuisse et Copia finit Amorem: Magistri  
 Amorum et multò ante quam unquam ille aut in mentem  
 aut in manum venerat (ausim gloriari habuisse  
 me hactenus immunem ac virginem a talium studio  
 juvenutem) factum animum hoc dogmate gestasse, ac  
 tandem obstetricante experientia, et veteranorum aliquot  
 assensu in luminis oras produxisse. Sed adto, quod et in priò  
 ribus meis meminisse meministi, magis aliquanto Satyræ  
 scribendæ purgine, quam veritatis asserendæ scopo. Sicut  
 illi, qui tentandis viribus ad propositam metam currunt  
 non quo illum attingunt, sed quo currunt. Quà præ  
 fatione veniam ab aequitate tuâ Misogamo meo præstruo  
 si forte minus ex animi tui scientia locutus fuero, dum  
 conditionem improbare velle videor cui te protem cum  
 bene Deo feliciter addixisti. Quamquam sane, qui tuus est  
 candor, etiam si serio hic Satyræ agam, non subfinesco  
 quidem ne succenseas, quod alba mihi placeant, cum forte tu  
 nigris oblectere. Verus est illud et verum. Quot homines  
 tot sententiæ, et meo iudicio summum naturas decus,  
 Diversitas, sed non sum ubi philosophicè me deceat. Redeo  
 ad abortum meum, quem ita censurae tuæ subijcio, ut et  
 humanitati commendatum cupiam, imprimis verò iudicare  
 te nobis, quid hoc in genere præstitisse videamus, præ ut in  
 aliis, quæ aliquando tecum communicavimus. Nisi  
 otium defuisset describendis istis, habuisses alterum exemplum  
 in locum amissi. Nunc Itinerarium nostrum, cui Satyræ  
 subijunxi, totum ad te mitto. Si quot bonas horas male  
 perendas

perendas habes, poteris et huic deambulationi paulisper in-  
sistere, et si tanti est, expendere quibus curis et statem  
istam impenderimus. Fallor, nisi aliqua ~~occurrent~~ passim  
occurrent quae te capiant, et rerum exoticarum salivam  
moveant. Sic audacter apud te anguor ex iudicio summo  
rum virorum Respublica nostrae, apud quos opellum  
illud nostrum in praetio haud vulgari fuisse, modeste glori-  
te moneo, ne quid hic tessi aut politi requiras, sed credere  
raptim ista mihi, ne dicam furtim, quoties nimirum  
a turba subducere me potui, in Codicem redacta esse.  
sed fidem si spectas, tali ut qui summam hic personam  
iustitiam Nob. Dominus Aerssenius in suam, omne  
id recipere dignatus sit. Vale Vix Magne, et si prolixita-  
tem istam incusas, prolixam in te voluntatem, et  
nimis propensum animum affectum excusa, quo confabu-  
lari tecum coepisse me vix sciebam, cum jam desinendum  
esset. Iterum vale atque iterum Athenaei nostri  
presidium ac decus, et nos ama. Haga Comitum  
8. Id. Octob. 1620.

T. D. Amantissimis

C. Hugensius.

Libellum istum ubi perlegeris, rogo,  
quamprimum remittas, via quantum  
potest securiori, quae ut opinor nautarum  
est. Si Parentem meum nosti, et illum  
boni Boni affectum, quo et liberos, et eorum  
qualiacumque persequitur, facile ignosces.  
solicitudini nostrae circa has trias.

D. Heinsio.

4

(36)  
Fallor amplissime Domino, nisi ante discessum in Italiam  
de Epitaphio Mausoleo Delphensi inscribendo tecum vel  
coram vel litteris egi. Nondum adeo hanc molestiam perfructus  
sum, quin et reducens exceperant reliquias. Illustrissi-  
mus Princeps, (quo iubentes ac dirigente, primum illud  
conamen cadendo, poliendo, interpolando, et tandem  
perduximus, uti supremum Placet memoris videretur)  
totius denique rei curam Parenti meo discedens mandavit.  
atque ultimum exemplar Potentissimis Ordinibus Generalibus  
exhibere iussit. His Hollandiae delegati negotium suo examine  
dignum, praeter alias provincias censuerunt, ut quorum praecipue  
cura atque impensu haec fabrica constaret. Cum itaque eorum  
promovendi Iudicii causa convenissem, iudicaverunt tandem ad  
Curatores et Senatuum Academicum omnem causam devolutam  
esse. De Curatoribus autem aliud heri ex B. Honardo de Hei,  
qui

qui